SVMMARIVM

2 bis

REVERENDISSIME PATER.

Num. 1.

Capitulum Prouinciale cum electione P. Brutinell.

VAcante Prouincialatu Prouinciæ nostræ Prouinciæ post expletum quadriennium Reuerendi Admodum Patris *Magistri Antonij Gubert* eiusdem Prouinciæ Prioris Prouincial s solliciti fuimus Nobis de Capite, & Pastore prouidere, nè diutiùs absque legitimo Capite permanentes aliquod damnum pateremur, ideoque *citatis per eumdem Reuerendum Patrem Magistrum Fratrem Antonium Gubert* Priorem Prouincialem, & vocatis, ac expectatis omnibus, & singulis quorum intererat, aut interesse putabatur ad electionem conuenire *die secunda Maij* ad consuetum sonum Campanulæ Capitulum ingressi sumus: Duo verò Patres videlicèt *Pater Magister Hyacinthus Tombarelli, & Pater Magister Raymundus Bec* (qui heri, dùm Capitulum ingrederemur pro electione RR. PP. Definitorum protestati fuerant de nullitate non solùm dictæ electionis; Verùm etiam præsentis electionis Prouincialis, ob motiua, quæ enunciantur in eorum actu, *quem nobis, & omnibus Vocalibus congregatis præsentarunt* per Notarium Apostolicum duobus Clericis Sæcularibus in Testes vocatis, cuius actus copiam *huic scrutinio* annexam mittimus) *Iterùm vocati, & citati* per RR. PP. Iosephum Fresquiere Baccalaureum, & Priorem Grassæ Dominicum Prua Baccalaureum, & Priorem Conuentus Arausiæ, & Antonium Pasquety Priorem Conuentus Dracenensis *venire recusarunt* protestantes se insistere in sua oppositione; Cumque locus, & tempus eligendi cunctis placuisset, protestatus est *idem Reu. Adm. Magister Prouincialis se nullum admittendum excludere velle, nec excludendum admittere*: Facta generali absolutione à censuris, & omnibus Vocalibus Sacramento Eucharistiæ refectis, inuocata deindè gratia Spiritus Sancti, cuius nutu cuncta reguntur omnibus denique, & singulis præmissis, quæ in huiusmodi electionibus præmitti debent, & solent; *Ego Frater Franciscus Tourrel Prædicator Generalis, & Prior Conuentus Tarasconensis* cum duobus alijs Prioribus in habitu Ordinis à professione antiquioribus ad Mensam corâm omnibus paratam accessimus; ibique Vota *omnium, & singulorum acceepimus*, quibus acceptis, enumeratis, atque apertis, & demùm lectis, nominibusque eligendorum in scripta redactis, atque ad numerum collatis, inuentum est, quod Reu. Adm. Pater *Magister Raymundus Brutinel à maiori parte vltrà medietatem per dictas schedulas in ele-*

ctione nominatus fuit; Nàm cum essemus *quinquaginta nouem*; Reu. Pater Magister Vincentius Sauournin cessit voci suæ, Reu. Pater Dominicus Lascaris habuit vnum Votum, & Reuerendus Admodum Pater Magister Raymundus Brutinel *habuit quinquaginta septem Vota*. Tunc Ego cum prædictis Scrutatoribus ad medium Capituli veniens, & Librum Constitutionum nostrarum tenens formaui Decretum hoc modo: *Ego Frater Franciscus Tourrel Prædicator Generalis, & Prior Conuentus Tarasconis voce mea, & præsentium Electorum, eligo Reuerendum Admodum Patrem Magistrum Raymundum Brutinel in Priorem Prouincialem huius Prouinciæ, Prouinciæ*; In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen. Cum ergò electio nostra sit ritè facta, vnanimis, & de persona tàm moribus, & Religione, quàm prudentia, & doctrina prædicta; *Rogamus Reuerendissimam Paternitatem Vestram, vt eam probare, & electum omninò confirmare, & nobis concedere dignetur*, cui nos, & Prouinciam nostram commendamus Aquis *die secunda Maij anni millesimi, septingentesimi quinti*.

Ego Fr. Franciscus Tourrel Prædicator Generalis, & Prior Conuentus Tarasconis *primus Scrutator* scripsi manu propria.

Ego Fr. Hyacinthus Fayard Magister, & Prior Conuentus Cabell, *& secundus Scrutator*, ità esse confirmo.

Ego Fr. Dominicus Bolon Prior Carpentoractensis *tertius Scrutator*, ità esse confirmo.

Num.2.

Tenor epistolæ scriptæ à Vocalibus ad P.Generalem.

REVERENDISSIME PATER.

Defecit gaudium cordis nostri, ac in luctum versus est Chorus noster, dùm totâ Prouinciâ nostrâ festiuis vocibus plaudente felicissimo Regimini Reu. Adm. *P. Mag. Antonini Gubert*, qui eam in suo Prouincialatu sapientissimè rexerat, & attingens à summo vsque ad summum, ac pro suo zelo, suâque ingenti benignitate omnibus fortitèr, suauiterque dispositi, alcionios dies, quos indesinenti serie in eius Regimine vidimus, in successoris sui Prouincialatum cum omnibus pacis, ac recti Ordinis amatoribus proferre sperabat; Ingruit illicò sæuissima procella oppositione hic annexâ à RR.PP.MM.Hyacintho Tombarelli, & Raymundo Bec per Notarium Apostolicum coràm duobus Clericis Sæcularibus accitis, & in dedecus Religionis, ac sæcularium scandalum in consessum nostrum turbulentèr vnà cùm dicto Notario intromissis, heri nobis intimatâ, cum ad RR. Patrum Definitorum electionem conuenissemus. Quamuis autem potuissemus dictum Notarium, ac præfatos Testes à fori-

foribus Conuentus arcere, quippè qui nullâ Magistratuum auctoritate freti interioribus negotijs nostris se vltrò ingererent, satiùs tamen duximus vim pati, quam repellere. Videbit Reuerendissima Vestra Paternitas quam luctuosa sit toti nostro Ordini dicta oppositio, & quam iniuriosa Reuerendo Admodum Patri Magistro Vicario nostræ Prouinciæ, qui atrocissimis calumnijs proscinditur, quamuis eius probitas, ac innocentia toti Ordini nostro, totique statui sæculari, non minùs quam eius prudentia luculentissimis argumentis perspectæ sint in tribus Prouincialatibus quos gloriosissimè gessit, ac sustinuit. Quapropter tota Prouincia mærore, lachrymisque confecta, genibus Reuerendissimæ Paternitatis Vestræ prostrata, enixè petit, vt inauditis, ac scandalosis ausibus illis toti Ordini nostro exitialibus auctoritate Vestra (quæ dicta oppositione, & inaudito recursu iniuriosè traducitur) opportuno remedio repressis, via similibus excessibus inposterùm præcludatur.

Quantùm verò ad electionem hodiernam, cui conuellendę hesterno conatu præluserunt dicti Opponentes, nouit Vestra Reuerendissima Paternitas, non minùs quam tota Prouincia electæ personæ pietatem, doctrinam, prudentiam, quæ in omnibus officijs, quæ gessit inclaruere, nuper verò in Prioratu huius Conuentus Aquensis, in quo omnium virtutum exemplis, ac inconcussâ firmitate intuendis Religionis iuribus tùm sæcularium, tùm omnium Prouinciæ nostræ Patrum in sui admirationem oculos gloriosè conuertit. Interìm Paternitatis Vestrę Reuerendissimæ benedictionem humilitèr petimus cum Prouincialis electi confirmatione.

Reuerendissime Pater.

E' vestro Conuentu Aquensi die 4. Maij 1705.

Humillimi, & Obsequentissimi Serui, & Filij

Fr. Hyacinthus Fayard Mag. Prior Conuentus Cabellionensis, & primus Definitor.
Fr. Guilhelmus de Grille Mag., & secundus Definitor.
Fr. Ludouicus de Iossaud Mag. Prior Conuentus Massiliensis, & tertius Definitor.
Fr. Ioannes Baptista d'Ille Prædicator Generalis Prior Conuentus Aquensis, & quartus Definitor.
Fr. Thomas Delueil Magister Ex-Prouincialis.
Fr. Ioseph Martin Ex-Prouincialis.
Fr. Hyacinthus Vincens de Seruane Magister.
Fr. Antonius Martin Magister.
Fr. Thomas Gay Magister.
Fr. Ioseph Tiran Magister.
Fr. Antonius Duserre Magister.

Fr. Petrus Martelly Magiſter.
Fr. Ioſeph Legier Magiſter.
Fr. Hyacinthus Graſſi Magiſter.
Fr. Nicolaus Begou Magiſter.
Fr. Ioannes Roubaud Magiſter.
Fr. Ioannes Ludouicus d'Azegat Magiſter.
Fr. Thomas d'Agar Magiſter.
Fr. Ioannes Baptiſta Antelme Magiſter.
Fr. Albertus Fort Magiſter.
Fr. Ioſeph Antoninus Gleiſe Magiſter.
Fr. Hyacinthus Maurin Magiſter.
Fr. Hyacinthus Quenin Magiſter.
Fr. Ludouicus Mauche Magiſter.
Fr. Io:Thomas de Beaumont Mag. Prior Conuentus Alelaten.
Fr. Dominicus Rua Baccalaurius, & Prior Arauſiæ.
Fr. Dominicus Veyrier Baccalaurius, & Prior Amiliaui.
Fr. Franciſcus Tourrel Prædicator Gen., & Prior Taraſconis.
Fr. Dominicus de Ialauous Baccalaurius, & Prior Maralogij.
Fr. Dominicus Dolon Prior Carpentoracti.
Fr. Thomas Gubert Baccalaurius, & Prior Buxi.
Fr. Ioſeph Freſquiere Baccalaurius, & Prior Graſſæ.
Fr. Thomas Bouniol Baccalaurius, & Prior Genoliaci.
Fr. Antoninus Paſquety Prior Dracenenſis.
Fr. Iacobus Vincentius Forat Prior Vapinci.
Fr. Antoninus Moricaud Prior Sedenæ.
Fr. Hyacinthus de Riqueti Prædicator Generalis.
Fr. Paulus de Bricard Prædicator Generalis.
Fr. Ioſeph Vignete Prædicator Generalis.
Fr. Hyacinthus Romain Prædicator Generalis.
Fr. Ioſeph Ruel Prædicator Generalis.
Fr. Ioſeph d'Arlatan Prædicator Generalis.
Fr. Petrus Porte Prædicator Generalis.
Fr. Michael Martelly Prædicator Generalis.
Fr. Ludouicus de Laſcours Prædicator Generalis.
Fr. Vincentius Perrin Prædicator Generalis.
Fr. Dominicus Caballon Prædicator Generalis.
Fr. Dominicus de Lincel Prædicator Generalis.
Fr. Ioſeph Chabert Prædicator Generalis.
Fr. Albertus de Richery Prædicator Generalis.
Fr. Tuſſanus Guilhet Baccalaurius, & Socius Prior Maſſiliæ.
Fr. Hyacinthus Eſmiol Socius Prior Aquenſis.
Fr. Ioſeph Girard Socius Prioris Arelatenſis.
Fr. Thomas Gardane Baccalaurius, & Soc. Prioris Tolouenſis.
Fr. Dominicus de Seruane Socius Prioris Tarraſconenſis.

Fr. Ioannes Sicard Baccalaurius, & Secretarius Capituli.

BEA-

Num. 3. *Memoriale Sanctissimo porrectum pro parte Procuratoris Generalis cum rescripto.*

Il Padre Procuratore Generale dell'Ordine de' Predicato i vmilmente espone alla Santità Vostra, come douendosi celebrare il Capitolo Prouinciale nella Prouincia di Prouenza del medemo Ordine nel Conuento d'Aix nel giorno 2. di Maggio prossimo scorso, due Religiosi Vocali nel Venerdì precedente l'elettione del Prouinciale, quando si douea procedere all'elettione de' Deffinitori, protestarono tanto contro la detta elettione de' Deffinitori, come contro quella *del Prouinciale, che douea farsi nel giorno seguente*, *appellando* immediatamente à Vostra Santità, per i motiui allegati nella loro protesta fatta in scriptis.

Non ostante, gl'altri Vocali *procedettero all'elettione sì delli Deffinitori, come del Prouinciale*, e perche tutti gl'atti sono stati mandati al Padre Generale, come prescriuono le Constitutioni dell'Ordine per hauere la conferma del Prouinciale vninanimamente eletto, il medemo Padre Generale hà stimato, *non potere procedere à detta conferma, senza l'ordine della Santità Vostra*.

Per tanto l'Oratore prostrato à piedi di Vostra Santità riuerentemente supplica di comandare, *come vuole, che il Padre Generale proceda in detta Causa*, tanto più, che non conuiene, che la Prouincia sudetta stia longamente senza il suo Prouinciale. Che della gratia &c. Quas Deus &c.

Alla Santità di Nostro Signore Papa CLEMENTE VNDECIMO.

A

Al Padre Generale dell'Ordine de' Predicatori.

Per = Il Padre Procuratore Generale dell'Ordine de' Predicatori.

In Dei nomine &c. Nos &c.

Num. 4. *Cõfirmatio Rmi P. Generalis.*

Cum ad nos scrutinium Electionis Prioris Prouincialis Prouinciæ nostræ Angelorum factæ in Capitulo Prouinciali Aquensi die secunda Maij congregato peruenerit, vnà cum protestatione, *& appellatione immediatè facta ad Summum Pontificem per RR. PP. Hyacinthum Tombarelli, & Raymundum Bec* nomine proprio, & sibi adhærentium facta, solliciti fuimus, ea, qua par est reuerentia recurrere ad Summum Pontificem, exposito per Admodum Reu. Patrem Procuratorem Ordinis Nostri humili libello supplici Suæ Sanctitati, quatenùs placeret Iudices ad hanc causam deputare, qui appellationem, & protestationem Auctoritate Apostolica, ad quam appellantes, & protestantes immediatè pronocauerant, diffinitiuè dijudicarent, placuit San-

ctiſſimo reſcribere, *& ad nos remittere iudicium huius cauſæ*: Quarè *deputatis à nobis duodecim grauioribus Ordinis Noſtri Patribus*, ac in ſcriptis communicata proteſtatione facta die præcedenti Electionem Prioris Prouincialis, & per Notarium Apoſtolicum ante Electionem Diffinitorum intimata, prout ad nos tranſmiſſa fuit, deſignata die 14. huius Menſis, & in Cella noſtra congregatis præfatis *duodecim Patribus* à Conſilijs, poſt maturam diſcuſſionem, attentiſque rationibus, & motiuis proteſtantium, ac illis adamuſſim diſcuſſis, & ponderatis de eorum conſilio, & deliberatione dictum eſt; *eorum appellationem, ac proteſtationem, nec electionem Prioris Prouincialis, nec Diffinitorum, nec Actorum Capitulorum factam, & actam vitiare, ac irritare potuiſſe, ſed ad confirmationem Electi, & Actorum deuiari poſſe per nos*, prout moris eſt in Ordine, ac auctoritate Apoſtolica nobis benignè ad iudicium huius Cauſæ commiſſa: Ideò nullam rationem habentes præfatæ appellationis, & proteſtationis, cum aliundè *Perſona vnanimiter electa ſit Obſeruantiæ Regularis tenax*, Virque electus ſingulari Doctrina, Religione, Prudentia, Zelo præditus, ſpeſque nobis ſit non vulgari, quod pacem diù in Prouincia ſtabilitam, & obſeruantiam Regularem fouebit, ac Studia, & Verbi Dei Prædicationem, ac perfectum bonorum communitatem promouebit: Tenore præſentium, *Auctoritate Noſtri Officij, & Apoſtolica, te Admodum Reu. P. Fr. Mag. Raymundum Brutinell priùs abſoluentes, confirmamus, damus, facimus, & inſtituimus Priorem Prouincialem* Prouinciæ Noſtræ Angelorum, ſeu Prouinciæ, Caput, & Paſtorem, cum omni auctoritate, & poteſtate &c. Teque inſtituentes *Vicarium Noſtrum in, & ſuper Monaſterijs Monialium ad dictam Prouinciam ſpectantibus &c.*

Num. 5. *Informatio Rmi P. Generalis.*

Hauendo ottenuto dalla Santità di Noſtro Signore la Commiſſione, e facoltà di giudicare l'appellatione, ò ſia proteſta degli Oratori fatta in partibus immediatamente à Sua Santità contro l'elezione del Prouinciale della Prouincia di Prouenza dell'Ordine de' Prædicatori fatta nel Meſe di Maggio proſſimo paſſato, nominai per *Giudici dodici graui Padri* della Religione, cioè, il Padre Procurator Generale, il Prouinciale di Lombardia all'ora preſente in Curia, il Priore della Minerua, il Padre Grillotti, P. Maſſoliers, P. Coruino, P. Ripol, P. Pipia, P. del Rech, P. Filamondo, P. Laſcaris, P. Bardon, tutti Maeſtri di Prouincia, e merito diſtinto, Dottrina, & equità conoſciuta, li quali doppo per alcuni giorni eſſaminati gli Atti della Proteſta

ſta mandatimi in conformità di quello, che preſcriuono le noſtre Coſtituzioni, e Statuti dell'Ordine, con lo Scrutinio dell'elezione del Prouinciale, *giudicarono vnanimamente per Vota ſecreta*, e doppo matura rifleſſione, che l'elezione del Prouinciale, Diffinitori, & Atti Capitolari erano legitimamente fatti, *e che l'elezione del Prouinciale era Canonica, e che doueua confermarſi*. Per tanto à dì 24. Giugno proſſimo paſſato in preſenza de' medemi PP. graui, confermai il Prouinciale eletto, il quale per la propria confeſſione del Padre Proteſtante, & opponente venuto in Roma, è Perſona omni exceptione in quella Prouincia, degna; *il qual Prouinciale è in pacifico poſſeſſo, e gouerna la Prouincia con ogni zelo, prudenza, pace, & oſſeruanza Regolare*.

Fr. Antoninus Cloche Magiſter Ordinis.

Reuerendiſſime Pater.

Num. 6. *Capitulũ ſuper Vicario Congregationis.*

Vacante Vicariatu huius Congregationis Angelorum poſt recuſationem Reu. Admodum Patris Magiſtri Thomæ Delueil à Reuerendiſſima Paternitate Veſtra acceptatam ſolliciti fuimus, *nobis de capite, & Paſtore prouidere*, ne diutiùs abſque legitimo capite permanentus aliquod damnum pateremur. Ideòque citatis per R. Admodum *P. Mag. Antonium Gubert Vicarium Prouinciæ Prouinciæ, & huius Congregationis Angelorum Commiſſarium Generalem*, & vocatis, ac expectatis omnibus, & ſingulis quorum intererat, aut intereſſe putabatur ad electionem conuenire, *die 4. Maij ad conſuetum ſonum Campanulæ Capitulum ingreſſi ſumus*. Cumquè locus, & tempus eligendi cunctis placuiſſet proteſtatus eſt idem Reu. Admodum P. Magiſter Commiſſarius ſe nullum admittendum excludere velle, nec excludendum admittere: facta generali abſolutione à Cenſuris, & omnibus Vocalibus Sacramento Euchariſtiæ refectis, inuocata deindè gratia Spiritus ſancti, cuius nutu cuncta reguntur, omnibus deniquè, & ſingulis præmiſſis, quæ in huiuſmodi electionibus, præmitti debent, & ſolent. Ego Frater Franciſcus Tourrel Prædicator Generalis, & Prior Taraſconellis, cum duobus alijs Patribus in habitu Ordinis à Profeſſione antiquioribus, ad Menſam coram omnibus paratam acceſſimus, ibiquè vota omnium, & ſingulorum accepimus, quibus acceptis, enumeratis, atque apertis, & demùm lectis, nominibuſque eligendorum in ſcripta redactis, atque ad numerum collatis, inuentum eſt, *quod Reu. Admodum Pater Magiſter Antonius Gubert à maiori parte vltra medietatem per dictas Schedu-*

las

las in electione nominatus fuit. Cùm enim essemus *nouemdecim* inuenta *est vna Schedula*, in qua hæc continentur: Ego Frater Vincentius Sauournin in Theologia Magister, oppono electioni Reuerendi Admodum Patris Magistri Antonij Gubert in Vicarium Congregationis Angelorum factæ, ob rationes, coram quibus de Iure deducendas, & actum peto, & quod hæc oppositio mea in Scrutinio electionis inscribatur. Reu. Pater Magister Petrus Martellis *habuit vnum votum*, & Reu. Admodum Pater Antonius Gubert habuit *septemdecim vota*. Item Reu. Admodum P. Raymundus Brutinel Magister Prouincialis electus habuit octodecim postulationes. Tunc ego cum prædictis Scrutatoribus ad medium Capituli veniens, & librum Constitutionum nostrarum tenens, formari decretum hoc modo: *Ego Frater Franciscus Tourrel Prædicator Generalis, & Prior Conuentus Tarasconensis, voce mea, & præsentium electorum eligo Reu. Admodum Patrem Magistrum Antonium Gubert in Vicarium Congregationis Angelorum, & postulo Reu. Admodum Patrem Raymundum Brutinel ad idem Officium*. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti Amen. Cùm ergò electio nostra sit ritè facta, & de persona tàm moribus, & Religione, quàm prudentia, & doctrina prædita; Rogamus Reuerendissimam Paternitatem Vestram, *vt eam probare, & electum omninò, vel saltèm postulatum confirmare, & nobis concedere dignetur*, cui nos, & Congregationem nostram commendamus, *Aquis die 4. Maij currentis anni* 1705.

Ego Fr. Franciscus Torrel Prędicator Generalis, Prior Tarasconis, & *primus Scrutator* subscripsi manu propria.

Ego Fr. Hyacinthus Frayard Magister, & Prior Conuentus Cabell *secundus Scrutator* ita esse confirmo.

Ego Fr. Dominicus Polon Prior Couentus Carpentoratensis *tertius Scrutator* ita esse confirmo.

Venerabili Fratri Archiepiscopo Aquensi.

CLEMENS PAPA XI.

Num. 7. *Absolutio data à Sanctissimo.*

Venerabilis Frater. Salutem &c. Egerunt apud Nos enixis precibus Dilecti filij Religiosi Viri Superiores infrascriptorum Ordinum, videlicèt, Seruorum Beatæ Mariæ Virginis, Minorum Conuentualium Eremitarum Sancti Augustini, Carmelitarum, Minorum, ac Recollectorum istius Ciuitatis, ac eiusdem Suburbiorum, necnon Priorissa, ac Moniales Sancti Bartholomæi Ordinis Sancti Dominici; quibus omnibus, Professores Ordinis Prædicatorum pro-

pro eorum iure, etiam adhæserunt, appellantes, ac respectiuè reclamantes aduersùs Ordinariam, Pastoralemque Visitationem, quam Fraternitas tua peragere sategit &c. exemptionibus præfatorum Regularium, & Apostolicarum Constitutionum, & Conciliorum Generalium, auctoritate munitis, *minimè attentis*. Nos itaquè rei grauitatem expendentes, ac meritò solliciti, ne occasione huiusmodi Ecclesiasticarum pœnarum vllum, Diuino Cultui, ac Spirituali istius Populi saluti detrimentum inferatur &c. occurrendum esse ducimus, te tamen priùs audito, quàm superest re quidquam definitiuè statuamus. Interim verò præfatas censuras, memoratumque interdictum, per quatuor Menses à prima die proximè venturi Mensis Iulij inchoandos, cum reincidentia tamen, post illos elapsos, suspendimus &c. Quamobrem Pastoralis tui zeli, & vigilantiæ erit, non tàm *Censurarum, ac Interdicti inflictarum, ac respectiuè appositi suspensionem executioni demandare &c.* Datum Romæ &c. die 14. Iunij 1702.

Venerabili Fratri Danieli Archiepiscopo Aquensi.

CLEMENS PP. XI.

Num. 8. *Tenor Breuis SS. super nullitate gestorum pro parte Archiepiscopi.*

Venerabilis Frater salutem &c. Apostolicæ libertati, & sinceræ in Domino charitati, inprimis verò debito muneris, quòd humilitati nostræ inscrutabile Dei iudicium imposuit, consentaneum esse ducimus, ea diuturniori silentio minimè præterire, quæ ad custodiendam, vt par est, sanctæ huius Sedis dignitatem, atque authoritatem quam maximè pertinere intelligimus. Nostro itaque obsequentes officio ità hæc ad fraternitatem tuam perscribimus, vt, non admissâ eâ, quam de tua pietate constanter gerimus, opinione, nequaquam refrigescat charitas illa, quâ te prosequimur, imò quò magis persuasum habemus, te zelo prò Dei Ecclesia incendi, & consilio, atque doctrinâ præstare, eò te propensiorem fore confidimus in id omne, quòd, veritate, ac iustitiâ dictante, tibi explicare cogimur, cum præsertim te latere non possit lædi quodlibet honorabile Ecclesiæ membrum in ipso capite, vbi ea, quæ prouidè Romani Pontifices Prædecessores Nostri constituerunt, euerti, aut suo frustrari effectu contingat. Cùm itaque apud omnes compertum sit Ordinum Regularium Mendicantium Ecclesias, Monasteria, loca, ac personas ab Ordinariorum Iurisdictione per Apostolicam Sedem exempta esse, & eiusdem Sedis authoritati immediatè subijci, nec cuiquam licere, Priuilegia huiusmodi immutare, quinimò nec posse Regulares ipsos, nisi de Romani prò tempore existentis

Pon-

Pontificis licentia, eiſdem renunciare; propterea non tàm graue, quàm mirum Nobis accidit ea audire, quæ fraternitas tua in iſta Ciuitate, ac Diœceſi iampridem attentauerat, dùm præfatorum Regularium Ordinum Eccleſias, quibus cura Animarum non ſubeſt, ac Sedes Confeſſariorum in eis exiſtentes, necnon Sanctiſſimam Euchariſtiam, ac Tabernaculum, Pyxidemque, in qua eadem ſeruari ſolet, fruſtrà reclamantibus, & ſua ſatis nota Priuilegia allegantibus Regularibus ipſis, viſitare voluiſti, quaſi in hoc Concilij Tridentini te tueretur authoritas, aut quam inualuiſſe in quibuſdam Diœceſibus aſſeuerabas, eiuſmodi actum validare poſſit conſuetudo; ſuppoſitis prætereà Eccleſiaſtico interdicto illorum Eccleſijs, qui ſimilibus iuribus freti viſitationi huiuſmodi reſtiterant, ſublatâque eorundem perſonis facultate excipiendi Confeſſiones Sæcularium, ac Populo Verbum Dei de more annunciandi. Eiuſmodi rerum ſerie à Nobis perceptâ, etſi celeri, ac publicâ opus eſſe reparatione intelligeremus, non tamen animum ſtatim conuertimus ad ea conſilia, quibus eadem parari poſſet, ſed eius exemplo, & monitis, quantùm patitur infirmitas noſtra, inhærentes, cuius vices, licèt immeriti (gerimus, rem tecum in ſpiritu lenitatis agi voluimus; ac proindè iniunximus Venerabili Fratri Philippo Antonio Archiepiſcopo Epiſcopo Imolenſi Nuncio apud Chriſtianiſſimum Regem noſtro, vt de eiuſdem rei grauitate eâ, quâ par erat, diligentiâ cum fraternitate tua diſſereret, noſtraſque in ſimili forma Breuis literas, quibus eum inſtruximus, tibi redderet, confiſi, te, prò ſpectatâ tuâ prudentiâ, æquitati ipſi, votiſque noſtris non ægrè adhæſurum. Verùm non multò poſt ab ea ſpe decidimus, cùm nedùm te eodem conſtitiſſe veſtigio intelleximus, ſed vlteriùs etiam progreſſum fuiſſe, ac viſitationem pariter in Eccleſia Fratrum Ordinis Beatæ Mariæ de Carmelo adiunctâ tibi Sæculari poteſtate, effractiſque (quòd planè dolentes dicimus) illius loci foribus habuiſſe. Quantò hæc omnia, & quàm intimo mærore Nos compleuerint, verbis vix conſequi poſſumus, imò non ambigimus, quin tù ipſe, vbi rem ſeriò velis expendere, probè agnoſcas, quàm praui exempli, quàm grauis apud fideles, & Plebem tibi commiſſam offenſionis, atque periculi occaſio fuerit, eò rem videre adductam, vt tù ipſe homines retraheres à Sacrificio Domini, validos ac fortes, robur panis, & robur aquæ à Ieruſalem noua auferres, conductos à Patrefamilias operarios, ſtrenuèque laborantes ab ipſius Vinea, eo inconſulto, remoueres, ac demùm aduerſùs filios Matris tuæ poneres ſcandalum. Cæ-

terùm

terùm quia palam, ac publicè læsa fuisse videmus tùm Priuilegia Regularibus, ob multa, atque præclara in Ecclesiam Dei promerita, ab Apostolica Sede indulta, tùm iura ipsius Sanctæ Sedis, ad quam, tanquam ad conditorem, iudicium circa eadem Priuilegia pertinet, vt vndè ius prodijt, interpretatio quoque procedat, liberum non est Nobis, integra conscientiâ nostrâ, vlteriùs acquiescere. Cùm itaque satis constet ijs, qui in partem solicitudinis nostræ, non in plenitudinem potestatis vocati sunt, minimè licere in illis, quæ Apostolica Sedes sibi reseruauit, manum apponere, nisi quatenùs eidem Sanctæ Sedis visum fuerit id specialitèr committere; cùmque illud, quòd Fraternitas tua in præfatis Regularium Ecclesijs attentauit, neque Concilij Tridentini Decretis relaxatum sit, neque Prædecessorum nostrorum Constitutionibus, aut Decretis commissum fuerit, neque vsu, seù potiùs abusu contra Ius, & authoritatem Sedis Apostolicæ induci potuerit, idcircò de nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio declaramus, atque decernimus, *non licuisse Fraternitati tuæ, neque licere in Ecclesijs Regularium exemptorum, quibus non incumbit cura Animarum, sedes designatas ad audiendas fidelium Confessiones, Pyxidem, & Tabernaculum, ac Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, neque ipsas Ecclesias visitare*, ac propterea visitationem ipsam; interdictum, censuras, ac prohibitionem audiendi Confessiones personarum Sæcularium, & annunciandi Populo Verbum Dei, aliasque forsan contra exemptionis Priuilegia attentata, & quæ inposterum attentari contigerit, omnia fuisse, esse, ac respectiuè fore nulla, atque irrita, nullumque ex visitatione, alijsque memoratis actibus præfatorum Regularium Ordinibus aduersùs notoriam illorum exemptionem præiudicium illatum fuisse, nec inferri potuisse, ideòque in dictis Ecclesijs posse, vti priùs, Diuina Officia celebrari, ac eosdem Regulares liberè, ac licitè ministrare. Quæ dum per hæc Apostolica scripta Fraternitati tuæ nota facimus, eandem enixè hortamur, vt sicut in ista crediti sibi Dominici Gregis parte muneri suo respondere satagit, ità ab ijs, quæ Apostolica Sedes sibi reseruauit, abstinendum esse intelligat, ne à capite discrepare videatur, id, quòd ne cogitare quidem de perspecta virtute, ac zelo tuo patitur animus, quo in te sumus, sed imò persuasum nobis est, te recti amatorem, nostræque in te eximiæ charitatis memorem syncerae tuæ in nos, & eandem Sedem, addictæque voluntatis argumenta daturum esse, quibus ab hac graui cura, præter multiplices, quibus circum-

cum-

cumdamur, quamprimùm exoluamur, & Fraternitati tuæ Apoſtolicam benedictionem peramanter impertimur. *Datum Romæ &c. die 13. Februarij 1703. &c.*

Num. 9.
Ex Capitulo Generali Romæ anno 1877.

Inter acta Capituli Generalis Romæ die 5. Iunij 1677. ſub Reuerendiſſimo de Monroy, prò Prouincia Prouinciæ num. 1. Committimus Reuerendiſſimo P. Generali, *vt in ſua viſitatione circa numerum Magiſtrorum, & Bacchalaureorum diſponat prout quieti, & pacis huius Prouinciæ maximè iudicauerit expedire*, & in numerum Doctorum tunc determinandum ſtatuat nullum intraturum Bacchalaureum niſi actus ſuos Scholaſticos in Generali noſtro Studio Aquenſi perfecerit.

Num. 10.
Ex Capitulo Generali anno 1629.

In Capitulo Generali Romæ celebrato de anno 1629. titulo de Prædicatoribus Generalibus num. 15. ſic legitur = Nullus demùm inſtituatur, vel acceptetur Prædicator Generalis, niſi deſignato prius illi Conuentu, prò quo inſtitutus ſit, & in quo ſemper commorari debeat; ità vt ſi in huiuſmodi Conuentu, prò quo inſtitutus eſt, non manſerit nullo modo voce gaudeat; *Niſi fortè à ſuis Superioribus alibi aſſignaretur, vel occuparetur in Officio Prioris, vel &c.*

SACRA
CONGREGATIONE
Epiſcoporum, & Regularium
Eminentiſs., & Reuerendiſs. D. Card.
ACCIAIOLO
PONENTE
Prouinciȩ Prouinciȩ prȩtenſæ nullitatis Capituli.
PRO
Reuerendiſs. P. Prouinciali electo Magiſtro Raymundo Brutinell, & litis Conſortibus.

Summarium.

Romæ, Typis Reu. Cam. Apoſt. 17[..]
Superiorum permiſſu.

Dicta inquam designatio, & specificatio fuit taliter, & in adeo sinistro sensu exaduerso accepta, vt defensor Aduersariorum citauerit vsque de mense Nouembris anni vltimo elapsi coram R. P. D. Auditore Sanctissimi prò circumscriptione dictæ confirmationis *ob perperam* (vt sunt præcisa verba cit.) *vsurpatam auctoritatem Apostolicam in confirmationem Capituli Prouincialis*. nec non pro aliqua prouisione super gubernio Prouinciæ, quasi iam non adesset electus idoneus, ac plenariè dignus; Et nemine comparente prò hac parte, vt mihi constanter supponitur: & tenor ipse citationis conuincit, emanauit decretum prò remissione Causæ ad hanc Sac. Congregationem cum facultate capiendi prouisionem beneuisam circumscriptis omnibus gestis per Reuerendiss. P. Generalem, vt in *exaduerso Summ. Num. 9.*

Quod confirmationem obtinuit in alia audientia d. R. P. D. Auditoris immediate sequenti, licet verbis non ita acerbis, & dilucidè remouentibus gesta per P. Generalem, quia in ea fuit vnice remissa causa ad Eminentiss. Patres ex integro ab electione, vt in eodem exaduerso *Summ. num. 9.*

Et tamen, quoties P. Generalis confirmauerat etiam auctoritate sui Officij, & tali auctoritate confirmare poterat, & debebat, dictaque verba, & *Apostolica*, in substantia non designabant, nisi rescriptum adiectum in supplicatione Procuratoris Generalis; nec vtique aliquid plùs significabant; esto millies quod apponi non valuissent adhuc tamen ex eo capite minime poterant tollere da medio gesta per P. Generalem, istiusque confirmationem infringere nam ad eam substinendam auctoritas sua, qua ipse in confirmatione vsus fuit superabundabat, nec verba inutilia, ac impropria alicuius actus tollunt ipsiusmet actus substantiam, quia vtile per inutile non vitiatur ex cumulatis per *Barbos. tract. var. axiom. 231. num. 1. & seqq.*

Et dum actus fit ab habente auctoritatem. proùt profectò est casus præsens in ordine ad confirmationem expletam à P. Generali, quod ipse in ea vsus fuerit iuxta contrarium sensum expressione impropria, sed minimè tali, quatenus res bene inspiciatur, accidentia non destruunt substantiam. Adeoquod ex eo capite haud de Iure permissum foret ad memoratam circumscriptionem descendere, cum in eo statu aliud, rebus rite, rectèque defensis coram R.P.D. Auditore, decerni non posset, nisi, vel generalis *remissio Causæ ad hanc Sac. Congregationem in omnibus etiam super dicta prætensa circumscriptione*, vel ad omne peius decerni *eadem remissio deletis & sublatis à confirmatione* verbis illis = *& Apostolica* = exprimendo, quod ea haberentur pro non apposita, & id est summum, quod exaduerso obtineri, ac sperari posset.

Assumptus vltimo loco ad istius Causæ defensionem illicò recognoui præiudicium dictorum decretorum, & vulnus ijs mediantibus illa-

tum gestis à Reuerendissimo P. Generali, & fui in sensu iterum adeundi d. R.P.D. Auditorem, & noua citatione pendente præuenit Pars Aduersa cum alia citatione pro hora certa ad comparendum, & videndum declarari dictam citationem à me transmissam non afficere ad impediendam prosecutionem Causæ, & in audientia habita 16. Aprilis dictum fuit non afficere, & hac occasione idem Iudex declarauit, quod hæc res à pluribus mensibus sopita non debebat reuiuisci, licet ea occasione plurima insinuassem, quæ responsionem super hoc non admittebant, & euidenter animum captabant, ne tanta facilitate dicta confirmatio tolleretur de medio.

Quiquid sit tamen de dictis decretis, seu de gestis à P. Generali, prò cuius tuitione, iustificatione, & indemnitate, necnon etiam prò cauthela propria, æquum duxi insinuare, ne Eminentissimi Patres de ijsdem decretis admirentur, ac de istius Causæ discussione illis de medio existentibus, assumendo punctum controuersiæ in ordine ad bina dubia superiùs proposita, creditur, ac prò certo speratur à consueta huius Sacri Consessus integritate, & Iustitia fauorabilis determinatio mediante rescripto ad primũ *negatiue*, & ad secundum iam *prouisum in primo*.

Quippe loquendo *de primo dubio* concernente prætensam nullitatem Capituli Prouincialis, istud fuit habitum legitimè vocatis, & congregatis omnibus, ac collectis suffragijs *dicto Summario num.* 1. vndè omni Iure substinere debet signanter cum Prior Prouincialis fuerit in eo pacificè electus Vir idoneus, & emeritus, qui de facto habuit omnia fere suffragia, & qui exaduerso nec de minimo inculpari potest, nec de aliqua macula notari, itaùt prætendatur quidem d. nullitas Capituli Prouincialis, sed ex alio capite, quam alicuius incapacitatis personæ electæ.

Et qui prætendit nullitatẽ opus habet eam adeò clarè, & dilucidè demonstrare, vt nulla emergat difficultas in oppositum, nàm de cetero si ipsa ideata nullitas dubietatem, vel turbiditatem aliquam inuoluat, hoc solum sufficit ad hoc, vt ea reiecta, actus Viribus subsistat, & ad Iudice substineri debeat etiam capiendo omnem benignam intelligentiam, & interpretationem prò subsistentia huiusmodi, & in exclusionem actus illiciti, *Rota coram Coccin. dec.* 1144. *num.* 7.

Meum non est hìc rem ita ab alto assumere prout ab alto assumitur exaduerso pluribus in facto narratis, quæ vel non subsistunt, vel suas congruas habent responsiones, vel ab hac indagine prorsus aliena sunt, ac incongrua; Qua de re alijs neglectis vnicè satisfacere conabor circà assertam nullitatem Capituli, quæ ab his desumitur.

Primò. Ex quo fuerit celebratum sub præsidentia P. Magistri Antonini Gubert vltimo Prouincialis notoriè excommunicati:

Se-

Secundò. Ex quo in eo plures ahdibiti fuerint in Vocales, qui tales non erant.

Tertiò. Ex admissione Priorum paruorum Conuentuum, qui fratres non alebant, aut gubernabant in numero præscripto à legibus Ordinis, à decretis huius Sac. Congregationis.

Et quartò. Ex admissione Prædicatorum Generalium non residentium in suis Conuentibus.

Et ex hisce titulis concluditur in contraria Informatione in illius fine quod corruat electio Prouincialis, & ea labente multo magis corruat aggregatio Officij Vicarij Congregationis in eamdem personam d. P. Magistri Brutinel ad dictum Officium per Capitulum legitimè postulati, *vt in Sum. n. 6.* cum talis Vicarius debeat esse independentèr à Prouinciali.

Verumtamen nullus ex prædictis in aliquo officit, & nec à longe operari valet effectum decantatæ nullitatis.

Et exordiendo ab excommunicatione asseritur exaduerso d. P. Magistrum Gubert vltimum Prouincialem multiplici censura fuisse irretitum, ex quo scilicet *violauerit interdictum Ordinarij, violauerit Constitutiones Apostolicas de Clausura Monialium*, & traxerit Archiepiscopum Aquen. *ad Parlamentum*, propter quas censuras contenditur, quod non potuerit idem P. Gubert esse Præsidens in hoc Capitulo Prouinciali, & quod Fratres moniti non valuerint absque nullitate actus interuenire cum illo, & super his tota Partis Aduersæ oppositio restringitur.

Vnica verò responsione, & sanè vrgente, & clarissima omnes figuratæ censuræ dirimuntur, & inefficaces remanent ad effectum, de quo quæritur; Cum enim antedictus Pater Gubert nec ex omnibus impictis Capitibus, nec ex vnico illorum minimè reperiretur declaratus vti excommunicatus; exindè consequitur, quod à Capitulo arceri non posset, cum in hoc receptũ sit, quod, aut agitur de excommunicato non tolerato ab Ecclesia, qualis dicitur ille, qui publicè ab ea denunciatus fuit, vel notoriè incidit in excommunicationem canonis, propter violentam iniectionem manus in Clericum suadente Diabulo taliter factam, vt nulla possit tergiuersatione celari, & tunc istius interuentus obest electioni.

Aùt potiùs agitur de excommunicato tolerato, qualis naturæ dicuntur omnes alij excommunicati, etiam quomodocumque notorij, qui non sunt tales per Ecclesiam publicati, & res se habet in opposito, quia illius interuentus nihil facit aduersus electionem iuxtà distinctionem, quam vti desumptam ab extrauaganti Martini V. *ad euitanda* ædita in Concilio generali Costantiensi, & renouata à Leone X. *in Concilio Lateranensi sess.* 11. affert *Passarin. de Elect. Canonic. cap.* 10. *de eligent. condit.* 6. *condit num.* 64. *& sequen. vbi in num.* 72. in fine explicitè determinat, quod excommunicatus secundi generis non possit eici ab electione, & si eiciatur competit

 ei

ei actio prò electione cassanda.

Et hæc est distinctio ,j cum qua DD. passim procedunt in hoc articulo explendi, nec nè electionem cum excommunicato, vt videre est apud ipsum Passerinum, & in hoc sensu fuit etiam Sac. Rota iuxtà casuum contingentias, quoties exceptio excommunicationis proposita fuit, vt in specie *ex decis.534. & decis.1602. vtrobique nu.3. & seqq.par.1. Recent. & notat. Rubeus ad decis.15. par.3. Recent. n.9. & seq.*

Profectò, Pater Gubert iuxta éa, quæ exaduerso proponuntur non erat declaratus, nec erat Clerici percussor, ideoque nullo Iure eius Interuentus obstare poterat electioni, vt est euidens.

Non attento, quod in hypothesi facta fuerit oppositio, seu protestatio, ante ipsam Electionem, quia in specie idem *Passarin. vbi supra in num.75. & sequen.* ad hoc descendit allegando tres casus, scilicet si nulla ante electionem facta sit protestatio, super quo ait, quod electio indubiè sit valida, si ea facta fuerit electione iàm à Capitulo completa, & respondit paritèr prò validitate, & vltimo si antè electionem, & in hac parte firmat, quod si non constet, quod electio facta extiterit vi suffragij dati ab excommunicato, sed quod persona electa habuerit numerum sufficientem Vocalium habilium, electio valida erit, & substinenda.

Et præcisè hìc vltimus est casus præsens, ob plenitudinem suffragiorum, quibus Pater Brutinel electus fuit, vt ea quasi omnium votis dici mereatur *dicto Summario num. primo*; Quadere data millies figurata excommunicatione Patris Gubert, & efficacia contrariæ protestationis haud quidquam officere posset, cum illius votum nullam vim dederit electioni, quæ adhuc facta extitisset sine illius interuentu.

Adstipulante, quod Capitulum Prouinciale fuit celebratum præmissa in eo protestatione, quod nullus excludendus censeretur admissus, vel admittendus exclusus *dicto Summar. num.1.*, quæ operabatur, vt quiuis defectus in hac parte sanatus censeretur, ex nota Indole protestationis, quæ Ius omne præseruat *Rota coram Amat. Dunozzet.decis. 604.num.20.& dec.797.num.7.*

Præuidetur exaduerso Causæ difficultas, & conatur euitari, licet frustra, ex quo agatur in Ordine Prædicatorum, vbi adest constitutio particularis decernens (præscindendo à Sententia declaratoria) etiam illum esse euitandum, de quo manifestum sit incurrisse excommunicationem, cum sufficiat apertè constare commisisse aliquid, per quod re verà ipso facto in excommunicationem latæ Sententiæ inciderit, iuxtà doctrinam Patris Hiacinthi Donati *prax. rer.Regular.tom.2. tract. 4. de elector. quæst. 7. num. 1.* qui refert præcisa verba Capituli Generalis d. Ordinis Romæ celebratio anno 1589.

Et huic etiam obiecto occurrit *Passarinus in sæpedicto cap. 10. num. 81.*

81. *& sequen.* vbi quod in Ordine quoque Prædicatorum habeat locum extrauag. Martini V. pluribus per eum insinuatis rationibus, & in specie, quod dicta ordinatio Capituli loquatur de electione passiua, quæ apertè debet esse digni, & idonei, secus de actiua ad finem nempè, ne talis ad eligendum possit admitti; Rursus, quod eadem ordinatio det facultatem, non autem necessitatem importet, & quod *stylus Ordinis sit, quod in casibus contingentibus iudicetur* iuxtà dictam extrauag. Martini, vt ipse ait sæpiùs expertum fuisse.

Nec quidquam facit *Donatus in d.quæst.7.* Nàm vltra quod ei benè respondit Passerinus, etiam in sensu dicti Authoris, electio substinetur, cum in ordinationibus Capituli non adsit decretum irritans, addens *in d.quæst.7.num.8.& 9.* quod eadem ordinatio vtatur verbis, quæ exigunt euidentiam, & notorietatem facti, de qua dicit constare non posse, *parte non audita, & Testibus non examinatis*; Et sic semper est verum, quod sola materialitas facti non sufficit, sed requiritur processus, & Iudicis cognitio.

Non prætereundo, quod tantum abest, quod dictus Pater Gubert mereretur vitari, & à Capitulo excludi, vt per anteà fuerit semper pacificus possessor sui Prouincialatus, & in ea opinione apud omnes, qua dignum erat gubernium laudabiliter per illum exercitum, & eius præstantia merebatur, cum non solùm absolueret tunc Prouincialatum, sed per alias binas vices fuerit in eo munere, vltrà Prioratus, quibus gauisus fuit in maioribus suæ Prouinciæ, & Congregationis Conuentibus, & vltrà votum, quod Romæ habuit in Capitulis Generalibus totius Ordinis occasione electionis trium Generalium; Vndè reflectant Eminentiss. Patres, an vir ætate grauis, & de sua Religione adeò meritus, & in actuali primario Officio Prouinciæ, mereretur impingi, prout factum fuit in prætensa protestatione, & conatur in præsenti substineri.

Absque eo, quod iuuet recurri ad Concilium Lateranense, quod supponitur sine aliqua limitatione loqui generaliter de excommunicatis, quia iam supra responsum est ex Passerino, qui ex professo punctum Causæ examinat, & notabile est quidquid ipse dicit de consuetudine, quæ viget in hoc Ordine Prædicatorum, & quod ipsum Concilium loquitur de illis notoriè excommunicatis, qui nulla tergiuersatione celari, vel aliquo Iuris suffragio excusari possunt iuxtà verba relata in contraria Informatione §. *Etenim quamuis*.

Hæc sufficerent ad intentum, dato, quod in omnibus capitibus subsisterent decantatæ excommunicationes, vt benè accurateque considerabant tot Viri graues, ac doctissimi Religiosi per Reuerendissimum Patrem Generalem adhibiti in sua confirmatione; sed ad superfluam satisfactionem, expediat aliqua licet *leuiter, & indicatiuè* super tribus capitibus exaduerso propositis insinuare.

Et

Et primò Aduersarij dicunt, quod Pater Gubert *violauerit interdictum Ordinarij*, cui supposuerat Ecclesiam Monialium S. Bartholomæi subiectarum Ordini Prædicatorum, dando licentiam de anno 1702. recipiendi in eodem Monasterio ad habitum tres Puellas, super quo est aduertendum, quod anno 1700. Reuerendissimo Archiepiscopo Aquensi, contra priuilegia, & Constitutiones Apostolicas placuit indicere visitationem, non solùm clausuræ Monialium sed etiam Ecclesiæ, & Monasterij, ac interioris partis illius, quod Priorissa Soror Anna de Berull noluit permittere, fores Ecclesiæ pro tuitione sui Iuris obclusas tenendo, quod dedit motiuum eidem Archiepiscopo eam excommunicandi, & Ecclesiam interdicendi, à quo die 22. Septembris dicti anni appellatum fuit ad Sanctissimum, vt indicatur *in exaduerso Summar. num. 1. litt. I.* & deindè opportunè prouidit.

Et quoniam successiuè venit occasio recipiendi Puellas, obtinuit Soror Theresia de Berulle de Monteguillon, quæ tunc erat Subpriorissa à P. Gubert Prouinciali, iuxtà sancita in Constitutionibus Ordinis *distinct. 1. cap. 3. text. 3.* necessariam licentiam, cuius vigore, die 9. Decembris præfata Priorissa habitu Monastico, dd. tres Puellas induit, media etiam concione facta per Religiosum eiusdem Ordinis, sed alterius Prouinciæ, nempè Parisiensis, qui ex accidenti in Ciuitate Aquensi reperiebatur, & absente eodem Patre Gubert, qui discesserat ad visitationem Conuentuum in Occitania existentium, & sic vltra tres, vel quatuor circiter Dietas.

Ex quo facto non percipitur, quas censuras potuerit incurrere dictus Pater Gubert, qui dando licentiam, vsus fuit Iure suo, nec interdictum appositum Ecclesiæ prohibet, ne detur licentia recipiendi ad habitum, quod est quid diuersum, & habet tacitam istam conditionem, vt quis ea vtatur, prout vti debet; hoc etiam concurrente, quod dictus Pater Gubert erat absens, & exaduerso non probatur, nec in æternum probari poterit, interuenisse, & in effectu nemo est, qui vnquam somniauerit, ex prætensa illa violatione interdicti excommunicationem ipsum incurrisse, exceptis Aduersarijs, qui tribus annis post factum, ad perturbandam pacem Prouinciæ, in limine electionis Prouincialis tale quid, suscitarunt.

Atque id, quod tollit omnem amaritudinem etiam respectu illorum, qui interdicto contrauenerunt, est, posteriùs Breue Sanctissimi D. Nostri, quo reuocata, ac annullata fuerunt quæcumque gesta per dictum Archiepiscopum in Ecclesijs Regularium exemptorum, *Summar. num.* 8.

Secundò dicunt, quod Pater Gubert *violauerit clausuram*, concedendo licentiam Priorissæ, Subpriorissæ, & illarum Socijs exeundi à Monasterio, & eundi ad Villam nuncupat. *de Meirüeil* ad ipsum Monasterium spectantem, ad quam etiam ipse accesserit; At in Gal-

lijs

lijs, vſu, praxi, & conſuetudine receptum eſt à tempore Concilij Tridentini, poſſe Moniales, cum licentia Superiorum, & iuſta de cauſa è Monaſterijs exire pro recuperanda ſanitate, itaut ſi hoc permittant Superiores, minimè excommunicationi ſubijciantur, vt mihi pro conſtanti ſupponitur, & etiam in Hiſpanijs practicatur, vt tradunt *Roderic. quæſt. Regular. tom. 1. quæſt. 49. artic. 6. Mirand. de Sac. Monial. quæſt. 3. pariter artic. 6. Sanchez ad præcept. Decalog. tom. 2. lib. 6. num. 6.* Quod ſuffragaret ad claudendum os Parti aduerſæ ſuper hoc capite, tum quia eadem conſuetudine ſtante ea ſeruanda erat, vt punctualiter tradit *Lezan. oper. regul. tom. 1. cap. 25. ſub num. 21.* tùm quia excommunicatio ex tali motiuo incurſa non eſſet talis, vt nulla appoſitione poſſet celari, vel aliqua cauſa offuſcari, cum imò potiùs quiſque videat, quod Prouincialis habuiſſet iuſtum motiuum concedendi id, quod paſſim ſemper à ſuis manibus fuerat practicatum.

Et in concernente acceſſum ad Villam, idem Pater ætate prouectus, iuit vna cum alijs, & in ſpecie cum Domino Secretario Archiepiſcopi, ac pro faciendis nonnullis reparationibus neceſſarijs in eadem, & in dies accedunt Regulares, & Sæculares etiam ad Domus, in quibus non adeſt Clauſura, & Moniales cum debita licentia commorantur, abſque incurſu alicuius pœnæ, vel cenſuræ, vt experitur etiam Romæ in Monaſterijs, in quibus non eſt clauſura; Et vnica atteſtatio exaduerſo relata in *Summario Num. 3.* vltra quod prouenit à Perſona, quæ inimicitias, & odia habet cum Monialibus, eſt quidem ſub artificioſa apparentia extenſa, ſed in ſui ſubſtantia nihil concludit.

Non omittendo, quod licentia fuit conceſſa pluribus ab hinc annis, & in initio Prouincialatus Patris Gubert, vt benè innoteſcit Patri Tombarello Aduerſario, qui ſimili licentiæ operam dedit, dum Proſecretarij munus gerebat P. Antonini Fort olim Prouincialis, & ideò improprium eſt, quod tale quid pro illius parte afferatur.

Et demùm tertiò, quòd *habuerit recurſum ad Parlamentum* contra Archiepiſcopum prætendentem Iura Monaſterij euertere, quando Prioriſſa ad ipſum appellauit, vt ſe à vexatione, quo meliùs poſſet, liberaret, & Prouincialis adheſit, vt aſſiſteret proprijs Monialibus, & Priuilegijs ſui Ordinis à Summis Pontificibus conceſſis; cuius ſpecies, recurſus pro ſola defenſione facta aduerſus ea, quæ fuerant tentata per eumdem Archiepiſcopum qualitatis relatæ in *dicto Summario Num. 8.* minimè meretur dici illicitus, & punibilis, vt benè aduertit *Cardin. de Luca de Iudic. diſc. 19. num. 17. & 18.* Et eo faciliùs dictus recurſus fuit habitus, quià in eodem Parlamento, alia ſimilis quæſtio agitata fuerat inter Epiſcopum Aptenſem, & Moniales Sanctæ Crucis Ordinis Ciſtercienſis eiuſdem Ciuitatis, ad quarum fauorem res acta fuerat.

Sic

Sic vindicato obiecto Censurarum transeo *ad secundum Caput nullitatis* elicitum ex eo, quod in Capitulo Prouinciali plures fuerant adhibiti Vocales, qui tales non erant, prout Magistri, qui in ea Prouincia, non possunt esse plures quam duodecim, & tamen in longè maiori numero reperiuntur contrà Bullam san. mem. Innocentij XI. relat. in *exaduerso Summario num* 12., quoniam cum eadem Prouincia eo numero, quo tùnc fruebatur abindè citra potita fuerit, & eius Magistri in tot Capitulis deindè factis eorum Iure gauisi fuerint, inutile esset quod ex hoc Capite prætendatur annullari Capitulum, dum is, qui solitus est dare votum donec per legitimum Iudicem eo priuetur manuteneri, & conseruari debet, non de facto Iure eligendi priuari, ad tradita per *Passerin. d. cap.*10.*sub num.*7.

Vlterius; discussio super tali reductione commissa fuit Magistro Generali illius temporis, & cum in Capitulo Romæ celebrato sub Reuerendissimo Patre Antonio de Monroy nunc Archiepiscopo Compostellano commissum extiterit eidem, vt numerum præfigeret, dictus Reuerendissimus Pater de Monroy, prout iudicasset expedire *Summario Num. 9.*, & ipse nunquam visitasset Prouincias, inutilis est nullitas ex hoc Capite, cum semper Prouincia remanserit in numero indeterminato, nec Aduersarij possunt conquæri de moderno Reuerendissimo Patre Generali, qui solum in vacationibus alios Instituit.

Et eo ipso quod habetur, quod Vota Eligentium quasi fuerant concordia in nihilo præiudicaret dictus Interuentus, cum tales quæstiones assumantur, vbi prætensa Vota illegitima, Electionem concludant, secùs vbi etiam ipsis non interuenientibus actus eodem modo expletus remansisset, vt optimè tradit *Card. de Luca de Regular. disc.* 53. *num.* 13.

Cumque versetur in Prouincijs Galliæ, in quibus Magistri in Theologia promoti in Vniuersitate Parisiensi ex Priuilegio eiusdem Vniuersitatis semper recipiuntur quouis numero completo, vident Eminentissimi Patres, quod si ageretur hic de determinando numero, talis etiam separatio facienda foret, & cum in hac Prouincia adsit erecta Congregatio Angelorum, ista quoque vult habere suum numerum Magistrorum, vltra numerum eorum, qui sunt de Corpore Prouinciæ, vt signanter experitur in simili Congregatione Sanitatis de Neapoli.

Quoad tertium Caput *admissionis Priorum paruorum Conuentuum*, habetur in Capitulo Generali Romæ celebrato anno 1644. declaratione tertia, præcisa ordinatio, solos Priores esse priuandos Voce actiua, qui propria culpa numerum Senarium Fratrum non alunt, non qui ob clades bellorum, & hæreticorum eos substinere non possunt, & quorum Conuentus fuerunt per hæreticos deuastati, & sudoribus, & laboribus, Religiosi Prouinciæ restaurant,

qua-

qualis naturæ sunt Conuentus, qui in Prouincijs Galliæ, Germaniæ, & Poloniæ passim habentur; Et præcisè sunt aliqui huius Prouinciæ, idcircò perperam in hoc fundantur Aduersarij, qui deberent etiam reminisci dispositionis alterius Capituli Generalis Romæ celebrati anno 1650. quo declaratum fuit, quod Priores horum Conuentuum Voto in Capitulo Prouinciali gauderent, iuxtà antiquam Prouinciæ consuetudinem, sicuti de facto longè supra Hominum memoriam, semper gauisi sunt, & in proximè dicto Capitulo 1650. fuit etiam adiecta pena priuationis Vocis contra se opponentes, adeo est subsistens, quod votum etiam dd. Priorum debeat computari.

Et denique quoad quartum Caput Prædicatorum Generalium, respondetur, quod noua penitùs sit huiusmodi oppositio, eo ipso, quod tales Prædicatores eatenùs remanent absentes ab eorum Conuentibus, quatenùs aliquo Officio potiuntur, vel per Patrem Generalem dispensatur, quæ est præcisa limitatio quæ continetur in Capitulo Generali anni 1629., de qua fit mentio in *contrario Summario num. 5. litt. P.* & meliùs in *meo Summario Num.* 10., & in hac Prouincia Romana in specie multi adsunt, qui in capitulis Prouincialibus Iure suo potiuntur licet assignati extrà Conuentus, quorum sunt Prædicatores Generales.

Recurrentibus circà has postremas nullitates, ijs, quæ iam dixi de protestatione facta, quoad excludendos, vel admittendos, & quod agitur de electione, cuius validitas non pendet à computatione huius, vel alterius suffragij, dùm ferè omnes fuerunt vnanimes in electione.

Cæterùm in eo, quod *concernit aggregationem Vicarij Congregationis Angelorum* in personam Patris Magistri Brutinel Prioris Prouincialis electi iste in hoc etiam habuit ferè omnia suffragia *dicto Summario Num. 6.*, nec in Breue sanctæ memoriæ Alexandri Septimi legitur aliqua dispositio, quod Prouincialis non possit etiam deputari Vicarius Congregationis, vt in *exaduerso Summario num.* 14. quidquid malè in contrarium exaduerso supponitur; dum Pater Antoninus Fat, Pater Ioannes Thomas Serri, Pater Ioseph Martin, & ipsemet Pater Antoninus Gubert fuerunt simul Prouinciales, & Vicarij Capitulares, & similitudo, quæ affertur de Congregatione Brittanica retorquetur, quià in ea etiam notorium est, Vicarium illius Congregationis fuisse vna simul Prouincialem, Prouinciæ Parisiensis.

Meritò propterea, relictis alijs leuioris ponderis, ad primum Dubium *negatiuè* respondendum videtur.

Nec opus redditur, quidquam assumere circà *secundùm*, cuius resolutio à priori descendit, nec Prouinciæ potest melius consuli, quam mediante gubernio personæ iam destinatæ, religioso zelo, ac doctrina, & moribus præclaræ, res adeo vera, vt nec

Aduer-

Aduerſarij quidquam aduerſus illam valeant animaduertere, ex qua circumſtantia electio in illius perſonam ſananda foret, quatenus per poſſibile defectus aliquis in hoc Capitulo conſiderari poſſet, quod ex hucuſque dictis patentèr excluditur.

Quare &c.

Auguſtinus Galaminus.

SACRA

CONGREGATIONE

Epiſcoporum, & Regular

Eminentiſs., & Reuerendiſs. D.

ACCIAIOL

PONENTE

Prouinciç Prouinciç tenſæ nullitatis Ca pituli.

PRO

Reuerendiſs. P. Prouinciali electo ſtro Raymundo Brutinell, & Conſortibus.

CONTRA

RR. PP. Magiſtros Hiacintum To lis, & Raymundum Bec

Facti.

Romæ, Typis Reu. Cam. Apoſt.

Superiorum permiſſu.